Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non
erat illis filius: eo quod esset elizabeth sterilis. et ambo processissent in
dierebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in or
dine suo ante deum: secundum consuetudinem sacerdotii sorte. exiit
ut incensum poneret. ingressus in templum domini. Et omnis multitudo
populi erat orans foris: hora incensi. Apparuit autem illi angelus domi
ni stans a dexteris altaris incensi. Et zacharias turbatus est uidens:
et timor irruit super eum. Dixit autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia:
quoniam exaudita est deprecatio tua: et uxor tua elizabeth pariet tibi filium:
et uocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio: et mul
ti in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: et uinum et si
ceram non bibet: et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae:
et multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse praeibit
ante illum in spiritu et uirtute helyae: ut conuertat corda patrum in filios:
et incredibiles ad prudentiam iustorum: parare domino plebem perfectam.

Hi die feo. l. ysaye prophe

Et dixit dominus. audite
me insule: et attendite populi de longe. Dominus abuterio uocauit
me: de uentre matris meae recordatus est nominis mei. Et posu
it os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suae protexit me.
Et posuit me sicut sagittam electam: in faretra sua abscon
dit me. et dixit mihi. Seruus meus es tu israel: quia in te gloori
abor. Et nunc haec dicit dominus: formans me ex utero seruum s.
Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usque ad extremum
terre. Reges uidebunt. et consurgent principes. et adora
bunt dominum deum tuum: et sanctum israel qui elegit te.

Elisabeth impletum est tempus

pariendi: et peperit filium. Et audierunt uicini et
cognati eius. quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et
congratulabantur ei. Et factum est in die octauo: uenerunt
circumcidere puerum: et uocabant eum nomine patris eius zachariam.
Et respondens mater eius. dixit. Ne quaquam: sed uo